Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cesserunt autem quidam saduce
orum qui negabant esse resur
rectionem et interrogauerunt eum
dicentes. Magister. moyses scrip
sit nobis. Si frater alicui mortu
us fuerit hns uxorem et hic filius
fuerit. ut accipiat frater eius uxo
rem. et suscitet semen fratri suo.
Septem ergo fratres erant. et pri
mus accepit uxorem. et mortuus
est sine filio. Et sequens accepit
illam. et ipse mortuus est sn filios
et tertius accepit illam. similiter
et omnes septem. et non reliquerunt
semen. et mortui sunt. Nouissime
omnium mortua est. et mulier
In resurrectione ergo cui eorum
erit uxor. Siquidem septem habu
erunt eam uxorem. Et ait illis
ihesus. filii huius seculi nubunt
et traduntur ad nuptias. Illi u
qui digni habebuntur seculo illo.
et resurrectione ex mortuis nec
nubent. nec ducent uxores. nec
ein ultra mori poterunt. Equa
les enim angelis sunt. et filii di sn
cum sint filii resurrectionis. Qua
uero resurgant mortui. et moy
ses ostendit secus rubum. sicut d
dominum deum abraham. et deum
ysaac. et deum iacob. deus autem non
est mortuorum sed uiuorum. Os
enim uiuunt ei. Respondens autem
quidam scribarum dixerunt. Ma
gister. bene dixisti. Et amplius non
audebant eum quidquam interroga
re. Dixit autem ad illos. Quomo
dicunt xpm filium dauid ee. et
ipse dauid dicit in libro psalmorum
Dixit dominus domino meo sede ad dex
tris meis. donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum. Da
uid ergo dnm illum uocat. et quomo
filius eius est. Audiente autem omni
populo dixit discipulis suis. Atten
dite a scribis qui uolunt ambulare
in stolis. et amant salutationes in foro
et primas cathedras in synagogis. et
primos discubitus in conuiuiis qui de
uorant domos uiduarum simulan
tes longam orationem. Hi accipient
damnationem maiorem. XXI
Respiciens autem
uidit eos qui mit
tebant munera sua in ga
zophylacium diuites. Vidit autem. et qui
dam uiduam pauperculam mittente
ra minuta duo. et dixit. Vere dico vo
bis. quia uidua hec pauperula plus om
nes misit. Nam omnes hi ex ha
bundanti sibi miserunt in munera
dei. Hec autem ex eo quod dee illi omnem
victum suum quem habuit misit. Et
quibusdam dicentibus de templo. q
lapidibus bonis. et donis ornatum est
dixit. Hec que uidetis uenient dies
in quibus non relinquetur lapis sup
lapidem qui non destruatur. Interro
gauerunt illum dicentes. Praeceptor
quando hoc erit. et quod signum cum
fieri incipiet. Qui dixit. Videte ne
seducamini. Multi enim uenient in no
mine meo dicentes. quia ego sum. et
tempus appropinquabit. Nolite ergo
ire post illos. Cum ergo audieritis p
lia et seditiones nolite terreri. Oportet